

LATINE: PYGMALION ET GALATEA

M^a TERESA BELTRÁN, M^a TERESA CASES, MERCEDES GARCÍA

grupogalatea@gmail.com

<http://grupogalatea.blogspot.com.es/>

Pygmalion caelebs sine coniuge vivebat et thalami consorte diu carebat. Interea mira arte niveum ebur feliciter sculpsit et formam, qua nulla femina nasci potest, dedit operisque sui amorem concepit. Ita virginis verae facies est, ut oscula det; cotidie cum sculptura loquitur et tactis membris digitos insidere credit. Quoque vestibus artus ornat, digitis gemmas dat, longa monilia collo circumponit, nec nuda minus formosa videtur.

Festa dies Veneris celeberrima venerat et, cum munere functus ad aram constituit, timide Pygmalion dixit: "Dei inmortales, si dare cuncta potestis, coniugem similem esse opto".

Ut probus Pygmalion in eius officinam rediit, suae puellae simulacra petit incumbensque toro oscula dedit. Virginis visa tepida est, admovet os iterum, manibus quoque pectora tangit, temptatum ebur mollescit positoque rigore subsidit digitis ceditque. Dum stupet et dubie gaudet fallique veretur, rursus amans rursusque manu sua vota retractat. Humanum corpus erat!

Tum vero Pygmalion concipit optima verba, cum quibus Veneri gratias agit, et tandem ore suo non falsa ora premit. Eburnea virgo tum primum data oscula sensit timidumque lumen ad sidera attollens pariter amantem vidi. Et inde iam dicitur ipsam deam Venerem adesse in coniugio, quod notissimi amantes celebraverunt.

[texto adaptado de Ovidio, *Metamorfosis X*, 243- 297]